

UR. 233. 30.

IIo
391

DE ITINERE
PER MONTES SVDETOS FACTO

QVAEDAM PRAEFATVS

SVMMOS

IN PHILOSOPHIA ET ARTE POETICA
HONORES

A. D. XXX APRILIS CCCCCCLXXXIX

TRIBVENDOS

INDICIT

CHRISTIANVS GODOFR. ASSMANN

PHIL. DOCTOR, IVR. VTR. BACCAL. OECON. ET DISCIPLINAR.

CAMERAL. PROF. PVBL. ORD. IN ACAD. VITEBERG. POETA

LAVR. CAES. SOC. OEC. LIPS. SODAL. HONOR.

ORD. PHIL. H. T. DECANVS ET COMES

PALAT. CAES.

VITEBERGAE

LITERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRIL.



JV. 10

D R E I T H E I L

F E R M O N S S A U D A P T O G H A C H

G A Y D A M T H A T T E R T A

G A Y D A M T H A T T E R T A

S U M M O R

I N L I T H O G R A F I A E T A B L E T O N G E

H O D O R I E

A D A Z Z A M A N I A G I O D I S C A P A R A

T H I S T A P P O S

T H I S T A P P O S

C I T I C I S M U S A G G E R A M M A G G E R A M M

G A Y D A M T H A T T E R T A


G A Y D A M T H A T T E R T A

G A Y D A M T H A T T E R T A

G A Y D A M T H A T T E R T A

A I T I P P R A Y E

C I T I C I S M U S A G G E R A M M A G G E R A M M



DE

ITINERE PER MONTES SVDETOS

F A C T O

AESTATE ANNI M D C C L X X X V I I I.

§. I.

De Orologiae utilitate et fine, praefatio.

M ultiplex est ὥρολογιας, seu doctrinae de montibus, utilitas atque praestantia. Ad quod demonstrandum et confirmandum et si variis vti mihi liceret argumentis, sufficit tamen eorum saltem fecisse mentionem, quae maxime sunt in promptu. Constat nimurum, montes eorumque tractus, fundamenta et muros quasi efficere, quibus reliquae telluris, immensi illius aedificii, partes nitantur, iungantur, firmentur

A 2

ac



ac munitantur. Constat etiam, non nisi perspecto nexu, qui inter montes vallesque intercedat, a quo pendeant riuorum, torrentium, fluminum natura et ratio, via et motus, multi-que aquarum effectus;^{a)} constat, inquam, non, nisi perspecto illo nexu, posse intelligi, quomodo comparata sit telluris superficies, quae et quanta sit conditionis locorum diuersitas et unde oriatur. Quis est, qui nesciat innumera illa, notatu fane dignissima augmenta, quae physica, vti appellari solet, geographia itineribus et obseruationibus debeat recentiorum naturae inuestigatorum, quae debeat in primis doctis illis duobus viris, quibus Helvetia gloriatur.^{b)}

Quae vero ad aëris pertinent varietatem, temperiem, fa-
lubritatem, ad diuersos humiditatis et siccitatis, frigoris ac ca-
loris gradus, ad electricam naturam, ad ventorum, nubium
tempestatumque ortum, transitum, conuersionem, disces-
sum, ad diuersam aquarum, ip montibus eorumque vicinis
regionibus, scatentium indolem et vim singularem, ad altissi-
mos

^{a)} Loquor in primis de variis lapidum aliorumque fossiliis generibus, vola-
tatione hue et illuc translatis atque congestis, quae a Bomario certe-
isque gallicis scriptoribus, *Mines de transport*, a nobis *Gefeliebe*, vocan-
tur; de diuersis mineralium stratis, mutata aquarum conditione prae-
cipitatis; de corporibus, vel germinum classibus, vel animatae naturae an-
numerandis, in diuersa lapidum genera versis; de eorum formis, in di-
uersa lapidum materia expressis; etc.

^{b)} de Lyc et SAVSSVRE.

mos remotissimosque niuis ac glaciei secessus; quae pertinent ad plantarum cognitionem, vel pharmacopolarum aliorumque artificum officinis, vel oeconomicorum usui, rei praesertim pecuariae maxime inservientium; ea omnia fateri nos iubent, permulta etiam Physices capita inueniri, in quibus rite tractandis montium, tractuumque montanorum neutiquam possumus supersedere notitia.

Quos autem quantosque fructus metallica scientia capiat ex inuestigata diligenter et accurate perspecta, cum singulorum, tum plurimi continuorum montium interna externaque structura ac conditione, in metallica rei studium incumbentibus illico apparet. Sunt enim cuique regioni montanae quaedam propria, quibus ab aliis differat, quae alium etiam agendi modum poscant; quibus, profecto variis ac plane innumeris, magis magisque detectis, in medium prolatis atque inter se comparatis, non vni solummodo regioni, operibusque metallicis in illa faciendis, multum prodesse, sed aliis etiam, quanquam longissime remotis, significare ea possimus, ad quae maxime attendi, et quorum ratione habita ingens saepius damnum auerti omneque opus melius ac sumtibus impensis minoribus dirigi oporteat. Vnum saltem, quo haec confirmantur, exemplum afferam, a duobus Elhuyariorum fratribus, chymica nobilibus exploratione minerae, quae *spuma lupi* (*Wolfram*) vocatur, mihi iam eo tempore sugge-



flum, quo vna cum iis essem Freybergae, discendarum rerum
metallicarum causa. Est nimis prope Potosium, celeb-
ritam illam Peruuianorum urbem, quae Argyropolis etiam
appellatur, praestantissima omnium argentifodina, ab agrico-
la quodam forte aperta, qui terram aratro inuertens, vomere
radicem arboris, multitudine annorum excavatae, reuelleret
idque offenderet, quod caput venae, vel superiorem eius par-
tem^c) dicere solemus. Vberriimos iam haec vena largita erat
fructus per plures annos, ita vt reditus singulis mensibus sum-
mam multorum millium imperialium conficerent; cum praec-
ter omnium opinionem ad locum aliquem peruenirent, vbi
e transuerso sterilibus faxis intercepta vena inueniretur, nemo
tamen esset, qui sciret statim, re profecto in summo discrimi-
ne versante, explicare consilii viam. Accidit vero hoc sae-
pius in metallorum fodinis Saxoniae aliarumque regionum, et
indagata magis magisque montium varietate, plane hoc com-
pertum habemus, naturam in quolibet tractu certam illi quo-
dammodo propriam sequi rationem, quae vel ad laeuam, vel
ad dextram ire suadeat obstantia perrumpentibus interceptan-
que venam ultra quaerentibus. Inuestiganda igitur est mira
haec notandaque montanarum regionum ratio, cuilibet a na-
tura, certis quibusdam legibus constituta. Iudicanda sunt ea
omnia, quae propria cuilibet esse videantur, unde pendeant
reliqua

c) Das ausgehende des Ganges.

reliqua atque efficiantur, quibus perspectis et alibi etiam obseruatis, permulta euitari possunt obstacula, permulti sumtus possunt auerti in instituendis ac dirigendis metallorum fodinis. Sed gradum hic sistam, ne pluribus commemoratis exemplis, prima haec paragraphus, praefationis loco scripta, longius producatur, quam totius libelli finis patiatur. Sufficit enim, me eo, quod Peruvianis eueniaret, demonstrasse eorum, quae in montibus obseruentur, utilitatem maximi esse momenti. Montium vero genera omnia debere explorata habere quemlibet artis metallicae cultorem, iam per se intelligitur. Qui enim metalliferorum naturae notitiam omnibus numeris absolutam sibi comparare studet, etiam sterilium perfecta cognitione gaudeat necesse est.

§. II.

De itinere meo per Sudetes Orologiae magis magisque excolandae causa in instituto.

Cum vero facile intelligatur, itinerum per montium tractus faciendorum causas nec leues dari, nec e longinquo petendas; itineris quoque mei ad Sudetes nuper peracti finis poterit facilime cognosci. Occurrunt ibi fere omnia, notata dignissima, quae vel ad montium genera pertinent vetustiora,^{a)} vel

a) Ur- oder Grundgebirge; nominantur etiam einfache und Ganggebirge, montes primarii et secundarii; de quibus vid. praeter al. HAIDINGER, *Systematische Eintheilung der Gebirgsarten*; Wien 1787. WERNER, kurze

vel ad reliqua, accumulatis stratis,^{e)} vel eruptionibus ignium,^{f)} vel alluic aquarum^{g)} exorta, quaeque spectant eorum ingen-
tem horrendamque structuram internam et externam, loco-
rum et saxorum conditionem, in quorum gremio aut metallis
nascuntur aut nulla debent omnino quaeri. Stupet animus
saepenumero etiam nunc, in memoriam tantum reuocata
imagine eorum, quae aggredi, quae subire debebam;

*Stupet, obtutusque haeret defixus in uno;
neque tamen minus gaudio perfusus recordatur tam multo,
ruin amoenitatem locorum, ubi*

*Ipsi laetitia voces ad sidera iastant
Intonsi montes. — —*

VIRGIL.

Iam vero, cum prioris mei per Sudetum iuga instituendi iti-
neris, anno 1786. verno tempore facti, formulam et ordinem
mihi describere susciperem, itaque etiam scriptorum ad hoc
perficiendum praecipue idoneorum notitiam vellem concilia-
re necessariam, non solum valde exiguum deprehendi illorum

numerum,

(kurze Classification und Beschreibung der verschiedenen Gebirgsarten;
Dresden 1787. VOIGT, drey Briefe über die Gebirgslehre; Weimar
1786.

e) Flötzgebirge.

f) Vulkanische Gebirge.

g) Aufgeschwemmte Gebirge.

numerum, sed etiam fructus, qui lectione ex iis colligi queant, non quidem plane contemnendos, nihilominus tamen neque perfectos offendit, neque cognitioni hominum nostri temporis, artis praecipue mineralogicae peritorum rite accommodatos.⁴⁾ Itaque memet ipsum aliquid noui audere de-

bere
4) Scriptorum, quos hic quidem praecipue nominare fas est, non magnus est numerus. Varia descriptioni tractus Sudetum necessaria inveniuntur in FRID. BECMANNI Oratione de monte Giganteo, IO. CHRISTOPH. BECMANNI historiae orbis terrarum geographicae et ciuili inserta; in VOLKMANNI Silesia subterranea; in HENELLI Silesiographia; in SCHWENKELDII Silesiogr. et catalogo Stirpium atque fossilium Silesiae; in IO. FECHNERI poemate Sudetum amoenitates canente, ipsius sylvis Elysiis addito, translato etiam germanice a LINDNERO, disquisitionis auctore physico-medicae de thermis Hirschberg, quam in Actis Phyl. Med. Nat. Curios. Vol. IV. reperies. TRALLESI poema de montibus Sudetis Siles. etiam propter notas, ei adiectas, neutiquam hic debet praetermitti silentio. Sequuntur duo auctores, diligentiori et vberiori Suderum descriptione insigne, alter: IO. TOB. VOLKMAR, quondam sacrorum curator Petersdorffii, prope Hirschbergam, deinde vero Theolog. Professor et Consistorii Vratislau. Adfessor, cuius descriptiones iam anno 1760. propositae in periodico libello, cui nomen erat: Beruhigung des Herzens bey äußerlichen Weltunruhen, iterum anno 1777. Bohemiae separatis edebantur, haec inscriptionem prae se ferentes: Reisen nach dem Riesengebirge; alter, FRANCISC. FVSS, oeconomicis rebus Comitis MORZINI praefectus, a quo hoc ipso anno accepimus: Versuch einer topographischen Beschreibung des Riesengebirgs; Dresden 1788. Fatendum est, amborum vitorum libros profecto non omni laude vacare, multa vero, praesertim in mineralogicis et oeconomicis, emendanda ac refingenda, permulta etiam plane esse omissa, quae iure meritoque desiderentur. Comitis Illustriss. Consistoriani de HEINITZ egregia dissertatio de fossilium generibus quae in provinciis Regis Borussiae inveniuntur, gallice scripta, quae etiam germanice versa prodit



bere censui, partim muneris, ab Electore Serenissimo mihi demandati officio, partim etiam ipsius rei amore, plane insatiable, excitatus. Prioris vero itineris difficultates, etiamsi permulta perpetuo existant, plures tamen mihi, praematuero tempore peregrinanti, sese opponere sentiebam, frigoris asperitate et niuum copia, mensibus Aprilis et Maii nondum ita deminuta, ut viae ubique mihi paterent, vel minora adire pericula deberem. Lustratis itaque, quantum fieri poterat, quibusdam saltem Sudetum regionumque lis subiectarum locis, statim consilium cepi alias itineris, opportuniore tempore, hoc est, mensibus Iulio, Augusto et Septembre, suscipiendo, quod etiam hoc ipso anno perfeci Deo fauente, ita ut possim sperare, me quidem mox, aliis laboribus antea perfectis, descriptionem illius montium tractus celeberrimi exhibituru, quae, si non omnibus statim partibus absoluta euadat, quod nemo postulet rerum eiusmodignarū, tamen non

nulla

Berolini 1786. multa continet, quorum notitia carere non potest *egologias et legatus viatorum studiosus*. Exstat etiam enarratio fossilem et Silesiae locorum, rbi illa reperiuntur, Vratislaviae et Lipsiae vulgata aucto-
re VOLKELTIO, qui quidem plerumque veteres sequutus est, quorum opinione ipsi praecepue arridere videntur. Quod denique attinet ad definiendam sudetum altitudinem, montis praecepue gigantei, cacuminis supra reliqua eminentis, et Generosiss de GERSDORF, et FELBIGE-
RI, Abbatis Saganensis, opera in hoc impensa ac peculiaribus libellis ex-
posita, digna profecto est quae multis laudibus praedicetur. Alii limina
tantum montanorum, ut ita dicam, tangebant, et quae priora habere
solent in metallurgorum studium incumbentes, illorum rebus apta non
erant.

¶

Nulla exponat, quae vel Orologiae, vel Oeconomiae et fabricarum studio occupatis forsan non penitus displicere videantur. Iubent me, quod iam per se intelligitur, huius libelli limites contractiores, non nisi paucis facere mentionem querundam, quae omnia vberius ac fusiū sint alio peculiari libro commemoranda atque tractanda. Haec tamen occasio aliquid praemittendi, vtique arripienda est, vt certe eo citius Indulgentissimo Principi nostro reddam rationem conatum meorum, artis profectus spectantium, quibus et Ipse fauet et fludet, ac quibus laetatur; atque ut rationem reddam Eius amicis Illustrissimis, qui et voluntate propensa et summa humanitate, et praesidio me quoque prosequi dignantur.

§. III.

Geographica Sudetum atque itineris per eas facti designatio.

Etiamsi non negari potest, Sudetes a parte meridionali Carpati atque Moraviae, a septentrionali autem superioris Saxoniae et Hercyniae¹⁾ montes tangere, haud dubie etiam cum ipsis Rhenanis Wetteraviae montibus esse coniunctas; tamen, qui proprio Sudetum nomine designatur, tractus prope Friedbergam ad Quissum incipit perque Schwidnensem et Iauo-

B 2

riensem

1) A meridie Silesiam claudunt montes Sudetes, qui, pars Hercyniae syluae, ab Hermunduris progressi, ab occasu in ortum ad Carpathi inga excurrunt. SCHWENCKE FELD. vid. etiam HENEL. *Silesgograph.* c. II. §. 15.

riensem principatum, Bohemiam dirimens Silesiamque, producitur.

Itineris mei progressus ita quidem perficiebatur: primum Meffersdorff apud Generosiss. de GERSDORF, virum et eruditio-

nis et humanitatis praeftantia insignem, commoratus, ascendi montem in finibus Lusatiae superioris celeberrimum,¹⁾ qui ab hac quidem parte Alpium Silesiae ipsarum radicibus an-

numeratur, cui alias²⁾ eiusdem fere altitudinis adiacet, atque cum illo finum conficit, per quem, multis minoribus cataractis ex alto riuus quidam, Lusatiam disternans Silesiamque, defer-³⁾ tur.⁴⁾ Deinde Flinsbergam petii, pagum montibus subie-

ctum, acidularum salubritate clarum. Stannifodinam⁵⁾ et eadme sodinam,⁶⁾ utramque a pago isto parum remotam,

vidi et opera, quae ibi fiunt, ut perspicerem omnia curaui,

Querbachii imprimis, ut Cadmiae generum, quae ibi effo-

duntur, non minus quam eorum, quibus patria nostra gloria-

tur, compertam haberem naturam ac varietatem. Conscensis iterum Alpium Silesiacarum iugis, Marae pratum sum ingressus, ab Isara fluvio, qui ibi oritur idque perfluit, denomina-

tum, herbiferum quidem, at vero etiam maxime paludosum.

Inde per sylvam montosam⁷⁾ ad vicum perniagnum, quem ipsum

¹⁾ Die Tafelsicht.

²⁾ Das Heusuder.

³⁾ Der Schwarzbach.

⁴⁾ Ad vicum: Giehren.

⁵⁾ Ad vicum: Querbach sitam.

⁶⁾ Das Carlsthal.

ipsum Sudetum, quasi gremium complectitur, ²⁾ me conuersus
meque ad cataracten i contulit, ³⁾ et altitudine et saepius etiam
magnitudine insignem ⁴⁾, ultra progredivs et iam superatis
aliis duobus montibus, ⁵⁾ ad dextram, in Bohemia, in priori
trae intraui septem vallium, ingentem rupibusque circumia-
centibus, praeeruptissimis et editissimis horridam, herbis au-
tem innumeris praeflantissimisque opulentam. ⁶⁾ Constiti ibi
ad primum et maximum Albis fontem, occupato variis cogita-
tionibus animo, decurrente, quasi secundo flumine, ad pa-
trios agros. Ad sinistram in Silesia, descendit in conualles
illas profundissimasq; vel vix tetrorem incutientes, rupium,
turribus, aliis supra alias positis, silvum multitudine circum-
septas, a niue, ibique per plures subinde annos immutata ibi
manet, niuales recessus dietas. ⁷⁾ Montes postea, nomine cas-
cidarum ⁸⁾ insignitos, nullius viae nisi periculosissime copiam
facientes superauit et in Silesiae confiniis tertium adii niualem
recessum. ⁹⁾ Bohemiae autem fines iterum transgressus, per
reliquas valles compicare coepi, partim summa profecto amo-
nitate oculis arridentes, partim saxonum aspectu animum ter-
rore occupantes, quae a pastoribus boum atque caprarum gre-
bam inservient, ¹⁰⁾ ¹¹⁾ ¹²⁾ ¹³⁾ ¹⁴⁾ ¹⁵⁾ ¹⁶⁾ ¹⁷⁾ ¹⁸⁾ ¹⁹⁾ ²⁰⁾ ²¹⁾ ²²⁾ ²³⁾ ²⁴⁾ ²⁵⁾ ²⁶⁾ ²⁷⁾ ²⁸⁾ ²⁹⁾ ³⁰⁾ ³¹⁾ ³²⁾ ³³⁾ ³⁴⁾ ³⁵⁾ ³⁶⁾ ³⁷⁾ ³⁸⁾ ³⁹⁾ ⁴⁰⁾ ⁴¹⁾ ⁴²⁾ ⁴³⁾ ⁴⁴⁾ ⁴⁵⁾ ⁴⁶⁾ ⁴⁷⁾ ⁴⁸⁾ ⁴⁹⁾ ⁵⁰⁾ ⁵¹⁾ ⁵²⁾ ⁵³⁾ ⁵⁴⁾ ⁵⁵⁾ ⁵⁶⁾ ⁵⁷⁾ ⁵⁸⁾ ⁵⁹⁾ ⁶⁰⁾ ⁶¹⁾ ⁶²⁾ ⁶³⁾ ⁶⁴⁾ ⁶⁵⁾ ⁶⁶⁾ ⁶⁷⁾ ⁶⁸⁾ ⁶⁹⁾ ⁷⁰⁾ ⁷¹⁾ ⁷²⁾ ⁷³⁾ ⁷⁴⁾ ⁷⁵⁾ ⁷⁶⁾ ⁷⁷⁾ ⁷⁸⁾ ⁷⁹⁾ ⁸⁰⁾ ⁸¹⁾ ⁸²⁾ ⁸³⁾ ⁸⁴⁾ ⁸⁵⁾ ⁸⁶⁾ ⁸⁷⁾ ⁸⁸⁾ ⁸⁹⁾ ⁹⁰⁾ ⁹¹⁾ ⁹²⁾ ⁹³⁾ ⁹⁴⁾ ⁹⁵⁾ ⁹⁶⁾ ⁹⁷⁾ ⁹⁸⁾ ⁹⁹⁾ ¹⁰⁰⁾ ¹⁰¹⁾ ¹⁰²⁾ ¹⁰³⁾ ¹⁰⁴⁾ ¹⁰⁵⁾ ¹⁰⁶⁾ ¹⁰⁷⁾ ¹⁰⁸⁾ ¹⁰⁹⁾ ¹¹⁰⁾ ¹¹¹⁾ ¹¹²⁾ ¹¹³⁾ ¹¹⁴⁾ ¹¹⁵⁾ ¹¹⁶⁾ ¹¹⁷⁾ ¹¹⁸⁾ ¹¹⁹⁾ ¹²⁰⁾ ¹²¹⁾ ¹²²⁾ ¹²³⁾ ¹²⁴⁾ ¹²⁵⁾ ¹²⁶⁾ ¹²⁷⁾ ¹²⁸⁾ ¹²⁹⁾ ¹³⁰⁾ ¹³¹⁾ ¹³²⁾ ¹³³⁾ ¹³⁴⁾ ¹³⁵⁾ ¹³⁶⁾ ¹³⁷⁾ ¹³⁸⁾ ¹³⁹⁾ ¹⁴⁰⁾ ¹⁴¹⁾ ¹⁴²⁾ ¹⁴³⁾ ¹⁴⁴⁾ ¹⁴⁵⁾ ¹⁴⁶⁾ ¹⁴⁷⁾ ¹⁴⁸⁾ ¹⁴⁹⁾ ¹⁵⁰⁾ ¹⁵¹⁾ ¹⁵²⁾ ¹⁵³⁾ ¹⁵⁴⁾ ¹⁵⁵⁾ ¹⁵⁶⁾ ¹⁵⁷⁾ ¹⁵⁸⁾ ¹⁵⁹⁾ ¹⁶⁰⁾ ¹⁶¹⁾ ¹⁶²⁾ ¹⁶³⁾ ¹⁶⁴⁾ ¹⁶⁵⁾ ¹⁶⁶⁾ ¹⁶⁷⁾ ¹⁶⁸⁾ ¹⁶⁹⁾ ¹⁷⁰⁾ ¹⁷¹⁾ ¹⁷²⁾ ¹⁷³⁾ ¹⁷⁴⁾ ¹⁷⁵⁾ ¹⁷⁶⁾ ¹⁷⁷⁾ ¹⁷⁸⁾ ¹⁷⁹⁾ ¹⁸⁰⁾ ¹⁸¹⁾ ¹⁸²⁾ ¹⁸³⁾ ¹⁸⁴⁾ ¹⁸⁵⁾ ¹⁸⁶⁾ ¹⁸⁷⁾ ¹⁸⁸⁾ ¹⁸⁹⁾ ¹⁹⁰⁾ ¹⁹¹⁾ ¹⁹²⁾ ¹⁹³⁾ ¹⁹⁴⁾ ¹⁹⁵⁾ ¹⁹⁶⁾ ¹⁹⁷⁾ ¹⁹⁸⁾ ¹⁹⁹⁾ ²⁰⁰⁾ ²⁰¹⁾ ²⁰²⁾ ²⁰³⁾ ²⁰⁴⁾ ²⁰⁵⁾ ²⁰⁶⁾ ²⁰⁷⁾ ²⁰⁸⁾ ²⁰⁹⁾ ²¹⁰⁾ ²¹¹⁾ ²¹²⁾ ²¹³⁾ ²¹⁴⁾ ²¹⁵⁾ ²¹⁶⁾ ²¹⁷⁾ ²¹⁸⁾ ²¹⁹⁾ ²²⁰⁾ ²²¹⁾ ²²²⁾ ²²³⁾ ²²⁴⁾ ²²⁵⁾ ²²⁶⁾ ²²⁷⁾ ²²⁸⁾ ²²⁹⁾ ²³⁰⁾ ²³¹⁾ ²³²⁾ ²³³⁾ ²³⁴⁾ ²³⁵⁾ ²³⁶⁾ ²³⁷⁾ ²³⁸⁾ ²³⁹⁾ ²⁴⁰⁾ ²⁴¹⁾ ²⁴²⁾ ²⁴³⁾ ²⁴⁴⁾ ²⁴⁵⁾ ²⁴⁶⁾ ²⁴⁷⁾ ²⁴⁸⁾ ²⁴⁹⁾ ²⁵⁰⁾ ²⁵¹⁾ ²⁵²⁾ ²⁵³⁾ ²⁵⁴⁾ ²⁵⁵⁾ ²⁵⁶⁾ ²⁵⁷⁾ ²⁵⁸⁾ ²⁵⁹⁾ ²⁶⁰⁾ ²⁶¹⁾ ²⁶²⁾ ²⁶³⁾ ²⁶⁴⁾ ²⁶⁵⁾ ²⁶⁶⁾ ²⁶⁷⁾ ²⁶⁸⁾ ²⁶⁹⁾ ²⁷⁰⁾ ²⁷¹⁾ ²⁷²⁾ ²⁷³⁾ ²⁷⁴⁾ ²⁷⁵⁾ ²⁷⁶⁾ ²⁷⁷⁾ ²⁷⁸⁾ ²⁷⁹⁾ ²⁸⁰⁾ ²⁸¹⁾ ²⁸²⁾ ²⁸³⁾ ²⁸⁴⁾ ²⁸⁵⁾ ²⁸⁶⁾ ²⁸⁷⁾ ²⁸⁸⁾ ²⁸⁹⁾ ²⁹⁰⁾ ²⁹¹⁾ ²⁹²⁾ ²⁹³⁾ ²⁹⁴⁾ ²⁹⁵⁾ ²⁹⁶⁾ ²⁹⁷⁾ ²⁹⁸⁾ ²⁹⁹⁾ ³⁰⁰⁾ ³⁰¹⁾ ³⁰²⁾ ³⁰³⁾ ³⁰⁴⁾ ³⁰⁵⁾ ³⁰⁶⁾ ³⁰⁷⁾ ³⁰⁸⁾ ³⁰⁹⁾ ³¹⁰⁾ ³¹¹⁾ ³¹²⁾ ³¹³⁾ ³¹⁴⁾ ³¹⁵⁾ ³¹⁶⁾ ³¹⁷⁾ ³¹⁸⁾ ³¹⁹⁾ ³²⁰⁾ ³²¹⁾ ³²²⁾ ³²³⁾ ³²⁴⁾ ³²⁵⁾ ³²⁶⁾ ³²⁷⁾ ³²⁸⁾ ³²⁹⁾ ³³⁰⁾ ³³¹⁾ ³³²⁾ ³³³⁾ ³³⁴⁾ ³³⁵⁾ ³³⁶⁾ ³³⁷⁾ ³³⁸⁾ ³³⁹⁾ ³⁴⁰⁾ ³⁴¹⁾ ³⁴²⁾ ³⁴³⁾ ³⁴⁴⁾ ³⁴⁵⁾ ³⁴⁶⁾ ³⁴⁷⁾ ³⁴⁸⁾ ³⁴⁹⁾ ³⁵⁰⁾ ³⁵¹⁾ ³⁵²⁾ ³⁵³⁾ ³⁵⁴⁾ ³⁵⁵⁾ ³⁵⁶⁾ ³⁵⁷⁾ ³⁵⁸⁾ ³⁵⁹⁾ ³⁶⁰⁾ ³⁶¹⁾ ³⁶²⁾ ³⁶³⁾ ³⁶⁴⁾ ³⁶⁵⁾ ³⁶⁶⁾ ³⁶⁷⁾ ³⁶⁸⁾ ³⁶⁹⁾ ³⁷⁰⁾ ³⁷¹⁾ ³⁷²⁾ ³⁷³⁾ ³⁷⁴⁾ ³⁷⁵⁾ ³⁷⁶⁾ ³⁷⁷⁾ ³⁷⁸⁾ ³⁷⁹⁾ ³⁸⁰⁾ ³⁸¹⁾ ³⁸²⁾ ³⁸³⁾ ³⁸⁴⁾ ³⁸⁵⁾ ³⁸⁶⁾ ³⁸⁷⁾ ³⁸⁸⁾ ³⁸⁹⁾ ³⁹⁰⁾ ³⁹¹⁾ ³⁹²⁾ ³⁹³⁾ ³⁹⁴⁾ ³⁹⁵⁾ ³⁹⁶⁾ ³⁹⁷⁾ ³⁹⁸⁾ ³⁹⁹⁾ ⁴⁰⁰⁾ ⁴⁰¹⁾ ⁴⁰²⁾ ⁴⁰³⁾ ⁴⁰⁴⁾ ⁴⁰⁵⁾ ⁴⁰⁶⁾ ⁴⁰⁷⁾ ⁴⁰⁸⁾ ⁴⁰⁹⁾ ⁴¹⁰⁾ ⁴¹¹⁾ ⁴¹²⁾ ⁴¹³⁾ ⁴¹⁴⁾ ⁴¹⁵⁾ ⁴¹⁶⁾ ⁴¹⁷⁾ ⁴¹⁸⁾ ⁴¹⁹⁾ ⁴²⁰⁾ ⁴²¹⁾ ⁴²²⁾ ⁴²³⁾ ⁴²⁴⁾ ⁴²⁵⁾ ⁴²⁶⁾ ⁴²⁷⁾ ⁴²⁸⁾ ⁴²⁹⁾ ⁴³⁰⁾ ⁴³¹⁾ ⁴³²⁾ ⁴³³⁾ ⁴³⁴⁾ ⁴³⁵⁾ ⁴³⁶⁾ ⁴³⁷⁾ ⁴³⁸⁾ ⁴³⁹⁾ ⁴⁴⁰⁾ ⁴⁴¹⁾ ⁴⁴²⁾ ⁴⁴³⁾ ⁴⁴⁴⁾ ⁴⁴⁵⁾ ⁴⁴⁶⁾ ⁴⁴⁷⁾ ⁴⁴⁸⁾ ⁴⁴⁹⁾ ⁴⁵⁰⁾ ⁴⁵¹⁾ ⁴⁵²⁾ ⁴⁵³⁾ ⁴⁵⁴⁾ ⁴⁵⁵⁾ ⁴⁵⁶⁾ ⁴⁵⁷⁾ ⁴⁵⁸⁾ ⁴⁵⁹⁾ ⁴⁶⁰⁾ ⁴⁶¹⁾ ⁴⁶²⁾ ⁴⁶³⁾ ⁴⁶⁴⁾ ⁴⁶⁵⁾ ⁴⁶⁶⁾ ⁴⁶⁷⁾ ⁴⁶⁸⁾ ⁴⁶⁹⁾ ⁴⁷⁰⁾ ⁴⁷¹⁾ ⁴⁷²⁾ ⁴⁷³⁾ ⁴⁷⁴⁾ ⁴⁷⁵⁾ ⁴⁷⁶⁾ ⁴⁷⁷⁾ ⁴⁷⁸⁾ ⁴⁷⁹⁾ ⁴⁸⁰⁾ ⁴⁸¹⁾ ⁴⁸²⁾ ⁴⁸³⁾ ⁴⁸⁴⁾ ⁴⁸⁵⁾ ⁴⁸⁶⁾ ⁴⁸⁷⁾ ⁴⁸⁸⁾ ⁴⁸⁹⁾ ⁴⁹⁰⁾ ⁴⁹¹⁾ ⁴⁹²⁾ ⁴⁹³⁾ ⁴⁹⁴⁾ ⁴⁹⁵⁾ ⁴⁹⁶⁾ ⁴⁹⁷⁾ ⁴⁹⁸⁾ ⁴⁹⁹⁾ ⁵⁰⁰⁾ ⁵⁰¹⁾ ⁵⁰²⁾ ⁵⁰³⁾ ⁵⁰⁴⁾ ⁵⁰⁵⁾ ⁵⁰⁶⁾ ⁵⁰⁷⁾ ⁵⁰⁸⁾ ⁵⁰⁹⁾ ⁵¹⁰⁾ ⁵¹¹⁾ ⁵¹²⁾ ⁵¹³⁾ ⁵¹⁴⁾ ⁵¹⁵⁾ ⁵¹⁶⁾ ⁵¹⁷⁾ ⁵¹⁸⁾ ⁵¹⁹⁾ ⁵²⁰⁾ ⁵²¹⁾ ⁵²²⁾ ⁵²³⁾ ⁵²⁴⁾ ⁵²⁵⁾ ⁵²⁶⁾ ⁵²⁷⁾ ⁵²⁸⁾ ⁵²⁹⁾ ⁵³⁰⁾ ⁵³¹⁾ ⁵³²⁾ ⁵³³⁾ ⁵³⁴⁾ ⁵³⁵⁾ ⁵³⁶⁾ ⁵³⁷⁾ ⁵³⁸⁾ ⁵³⁹⁾ ⁵⁴⁰⁾ ⁵⁴¹⁾ ⁵⁴²⁾ ⁵⁴³⁾ ⁵⁴⁴⁾ ⁵⁴⁵⁾ ⁵⁴⁶⁾ ⁵⁴⁷⁾ ⁵⁴⁸⁾ ⁵⁴⁹⁾ ⁵⁵⁰⁾ ⁵⁵¹⁾ ⁵⁵²⁾ ⁵⁵³⁾ ⁵⁵⁴⁾ ⁵⁵⁵⁾ ⁵⁵⁶⁾ ⁵⁵⁷⁾ ⁵⁵⁸⁾ ⁵⁵⁹⁾ ⁵⁶⁰⁾ ⁵⁶¹⁾ ⁵⁶²⁾ ⁵⁶³⁾ ⁵⁶⁴⁾ ⁵⁶⁵⁾ ⁵⁶⁶⁾ ⁵⁶⁷⁾ ⁵⁶⁸⁾ ⁵⁶⁹⁾ ⁵⁷⁰⁾ ⁵⁷¹⁾ ⁵⁷²⁾ ⁵⁷³⁾ ⁵⁷⁴⁾ ⁵⁷⁵⁾ ⁵⁷⁶⁾ ⁵⁷⁷⁾ ⁵⁷⁸⁾ ⁵⁷⁹⁾ ⁵⁸⁰⁾ ⁵⁸¹⁾ ⁵⁸²⁾ ⁵⁸³⁾ ⁵⁸⁴⁾ ⁵⁸⁵⁾ ⁵⁸⁶⁾ ⁵⁸⁷⁾ ⁵⁸⁸⁾ ⁵⁸⁹⁾ ⁵⁹⁰⁾ ⁵⁹¹⁾ ⁵⁹²⁾ ⁵⁹³⁾ ⁵⁹⁴⁾ ⁵⁹⁵⁾ ⁵⁹⁶⁾ ⁵⁹⁷⁾ ⁵⁹⁸⁾ ⁵⁹⁹⁾ ⁶⁰⁰⁾ ⁶⁰¹⁾ ⁶⁰²⁾ ⁶⁰³⁾ ⁶⁰⁴⁾ ⁶⁰⁵⁾ ⁶⁰⁶⁾ ⁶⁰⁷⁾ ⁶⁰⁸⁾ ⁶⁰⁹⁾ ⁶¹⁰⁾ ⁶¹¹⁾ ⁶¹²⁾ ⁶¹³⁾ ⁶¹⁴⁾ ⁶¹⁵⁾ ⁶¹⁶⁾ ⁶¹⁷⁾ ⁶¹⁸⁾ ⁶¹⁹⁾ ⁶²⁰⁾ ⁶²¹⁾ ⁶²²⁾ ⁶²³⁾ ⁶²⁴⁾ ⁶²⁵⁾ ⁶²⁶⁾ ⁶²⁷⁾ ⁶²⁸⁾ ⁶²⁹⁾ ⁶³⁰⁾ ⁶³¹⁾ ⁶³²⁾ ⁶³³⁾ ⁶³⁴⁾ ⁶³⁵⁾ ⁶³⁶⁾ ⁶³⁷⁾ ⁶³⁸⁾ ⁶³⁹⁾ ⁶⁴⁰⁾ ⁶⁴¹⁾ ⁶⁴²⁾ ⁶⁴³⁾ ⁶⁴⁴⁾ ⁶⁴⁵⁾ ⁶⁴⁶⁾ ⁶⁴⁷⁾ ⁶⁴⁸⁾ ⁶⁴⁹⁾ ⁶⁵⁰⁾ ⁶⁵¹⁾ ⁶⁵²⁾ ⁶⁵³⁾ ⁶⁵⁴⁾ ⁶⁵⁵⁾ ⁶⁵⁶⁾ ⁶⁵⁷⁾ ⁶⁵⁸⁾ ⁶⁵⁹⁾ ⁶⁶⁰⁾ ⁶⁶¹⁾ ⁶⁶²⁾ ⁶⁶³⁾ ⁶⁶⁴⁾ ⁶⁶⁵⁾ ⁶⁶⁶⁾ ⁶⁶⁷⁾ ⁶⁶⁸⁾ ⁶⁶⁹⁾ ⁶⁷⁰⁾ ⁶⁷¹⁾ ⁶⁷²⁾ ⁶⁷³⁾ ⁶⁷⁴⁾ ⁶⁷⁵⁾ ⁶⁷⁶⁾ ⁶⁷⁷⁾ ⁶⁷⁸⁾ ⁶⁷⁹⁾ ⁶⁸⁰⁾ ⁶⁸¹⁾ ⁶⁸²⁾ ⁶⁸³⁾ ⁶⁸⁴⁾ ⁶⁸⁵⁾ ⁶⁸⁶⁾ ⁶⁸⁷⁾ ⁶⁸⁸⁾ ⁶⁸⁹⁾ ⁶⁹⁰⁾ ⁶⁹¹⁾ ⁶⁹²⁾ ⁶⁹³⁾ ⁶⁹⁴⁾ ⁶⁹⁵⁾ ⁶⁹⁶⁾ ⁶⁹⁷⁾ ⁶⁹⁸⁾ ⁶⁹⁹⁾ ⁷⁰⁰⁾ ⁷⁰¹⁾ ⁷⁰²⁾ ⁷⁰³⁾ ⁷⁰⁴⁾ ⁷⁰⁵⁾ ⁷⁰⁶⁾ ⁷⁰⁷⁾ ⁷⁰⁸⁾ ⁷⁰⁹⁾ ⁷¹⁰⁾ ⁷¹¹⁾ ⁷¹²⁾ ⁷¹³⁾ ⁷¹⁴⁾ ⁷¹⁵⁾ ⁷¹⁶⁾ ⁷¹⁷⁾ ⁷¹⁸⁾ ⁷¹⁹⁾ ⁷²⁰⁾ ⁷²¹⁾ ⁷²²⁾ ⁷²³⁾ ⁷²⁴⁾ ⁷²⁵⁾ ⁷²⁶⁾ ⁷²⁷⁾ ⁷²⁸⁾ ⁷²⁹⁾ ⁷³⁰⁾ ⁷³¹⁾ ⁷³²⁾ ⁷³³⁾ ⁷³⁴⁾ ⁷³⁵⁾ ⁷³⁶⁾ ⁷³⁷⁾ ⁷³⁸⁾ ⁷³⁹⁾ ⁷⁴⁰⁾ ⁷⁴¹⁾ ⁷⁴²⁾ ⁷⁴³⁾ ⁷⁴⁴⁾ ⁷⁴⁵⁾ ⁷⁴⁶⁾ ⁷⁴⁷⁾ ⁷⁴⁸⁾ ⁷⁴⁹⁾ ⁷⁵⁰⁾ ⁷⁵¹⁾ ⁷⁵²⁾ ⁷⁵³⁾ ⁷⁵⁴⁾ ⁷⁵⁵⁾ ⁷⁵⁶⁾ ⁷⁵⁷⁾ ⁷⁵⁸⁾ ⁷⁵⁹⁾ ⁷⁶⁰⁾ ⁷⁶¹⁾ ⁷⁶²⁾ ⁷⁶³⁾ ⁷⁶⁴⁾ ⁷⁶⁵⁾ ⁷⁶⁶⁾ ⁷⁶⁷⁾ ⁷⁶⁸⁾ ⁷⁶⁹⁾ ⁷⁷⁰⁾ ⁷⁷¹⁾ ⁷⁷²⁾ ⁷⁷³⁾ ⁷⁷⁴⁾ ⁷⁷⁵⁾ ⁷⁷⁶⁾ ⁷⁷⁷⁾ ⁷⁷⁸⁾ ⁷⁷⁹⁾ ⁷⁸⁰⁾ ⁷⁸¹⁾ ⁷⁸²⁾ ⁷⁸³⁾ ⁷⁸⁴⁾ ⁷⁸⁵⁾ ⁷⁸⁶⁾ ⁷⁸⁷⁾ ⁷⁸⁸⁾ ⁷⁸⁹⁾ ⁷⁹⁰⁾ ⁷⁹¹⁾ ⁷⁹²⁾ ⁷⁹³⁾ ⁷⁹⁴⁾ ⁷⁹⁵⁾ ⁷⁹⁶⁾ ⁷⁹⁷⁾ ⁷⁹⁸⁾ ⁷⁹⁹⁾ ⁸⁰⁰⁾ ⁸⁰¹⁾ ⁸⁰²⁾ ⁸⁰³⁾ ⁸⁰⁴⁾ ⁸⁰⁵⁾ ⁸⁰⁶⁾ ⁸⁰⁷⁾ ⁸⁰⁸⁾ ⁸⁰⁹⁾ ⁸¹⁰⁾ ⁸¹¹⁾ ⁸¹²⁾ ⁸¹³⁾ ⁸¹⁴⁾ ⁸¹⁵⁾ ⁸¹⁶⁾ ⁸¹⁷⁾ ⁸¹⁸⁾ ⁸¹⁹⁾ ⁸²⁰⁾ ⁸²¹⁾ ⁸²²⁾ ⁸²³⁾ ⁸²⁴⁾ ⁸²⁵⁾ ⁸²⁶⁾ ⁸²⁷⁾ ⁸²⁸⁾ ⁸²⁹⁾ ⁸³⁰⁾ ⁸³¹⁾ ⁸³²⁾ ⁸³³⁾ ⁸³⁴⁾ ⁸³⁵⁾ ⁸³⁶⁾ ⁸³⁷⁾ ⁸³⁸⁾ ⁸³⁹⁾ ⁸⁴⁰⁾ ⁸⁴¹⁾ ⁸⁴²⁾ ⁸⁴³⁾ ⁸⁴⁴⁾ ⁸⁴⁵⁾ ⁸⁴⁶⁾ ⁸⁴⁷⁾ ⁸⁴⁸⁾ ⁸⁴⁹⁾ ⁸⁵⁰⁾ ⁸⁵¹⁾ ⁸⁵²⁾ ⁸⁵³⁾ ⁸⁵⁴⁾ ⁸⁵⁵⁾ ⁸⁵⁶⁾ ⁸⁵⁷⁾ ⁸⁵⁸⁾ ⁸⁵⁹⁾ ⁸⁶⁰⁾ ⁸⁶¹⁾ ⁸⁶²⁾ ⁸⁶³⁾ ⁸⁶⁴⁾ ⁸⁶⁵⁾ ⁸⁶⁶⁾ ⁸⁶⁷⁾ ⁸⁶⁸⁾ ⁸⁶⁹⁾ ⁸⁷⁰⁾ ⁸⁷¹⁾ ⁸⁷²⁾ ⁸⁷³⁾ ⁸⁷⁴⁾ ⁸⁷⁵⁾ ⁸⁷⁶⁾ ⁸⁷⁷⁾ ⁸⁷⁸⁾ ⁸⁷⁹⁾ ⁸⁸⁰⁾ ⁸⁸¹⁾ ⁸⁸²⁾ ⁸⁸³⁾ ⁸⁸⁴⁾ ⁸⁸⁵⁾ ⁸⁸⁶⁾ ⁸⁸⁷⁾ ⁸⁸⁸⁾ ⁸⁸⁹⁾ ⁸⁹⁰⁾ ⁸⁹¹⁾ ⁸⁹²⁾ ⁸⁹³⁾ ⁸⁹⁴⁾ ⁸⁹⁵⁾ ⁸⁹⁶⁾ ⁸⁹⁷⁾ ⁸⁹⁸⁾ ⁸⁹⁹⁾ ⁹⁰⁰⁾ ⁹⁰¹⁾ ⁹⁰²⁾ ⁹⁰³⁾ ⁹⁰⁴⁾ ⁹⁰⁵⁾ ⁹⁰⁶⁾ ⁹⁰⁷⁾ ⁹⁰⁸⁾ ⁹⁰⁹⁾ ⁹¹⁰⁾ ⁹¹¹⁾ ⁹¹²⁾ ⁹¹³⁾ ⁹¹⁴⁾ ⁹¹⁵⁾ ⁹¹⁶⁾ ⁹¹⁷⁾ ⁹¹⁸⁾ ⁹¹⁹⁾ ⁹²⁰⁾ ⁹²¹⁾ ⁹²²⁾ ⁹²³⁾ ⁹²⁴⁾ ⁹²⁵⁾ ⁹²⁶⁾ ⁹²⁷⁾ ⁹²⁸⁾ ⁹²⁹⁾ ⁹³⁰⁾ ⁹³¹⁾ ⁹³²⁾ ⁹³³⁾ ⁹³⁴⁾ ⁹³⁵⁾ ⁹³⁶⁾ ⁹³⁷⁾ ⁹³⁸⁾ ⁹³⁹⁾ ⁹⁴⁰⁾ ⁹⁴¹⁾ ⁹⁴²⁾ ⁹⁴³⁾ ⁹⁴⁴⁾ ⁹⁴⁵⁾ ⁹⁴⁶⁾ ⁹⁴⁷⁾ ⁹⁴⁸⁾ ⁹⁴⁹⁾ ⁹⁵⁰⁾ ⁹⁵¹⁾ ⁹⁵²⁾ ⁹⁵³⁾ ⁹⁵⁴⁾ ⁹⁵⁵⁾ ⁹⁵⁶⁾ ⁹⁵⁷⁾ ⁹⁵⁸⁾ ⁹⁵⁹⁾ ⁹⁶⁰⁾ ⁹⁶¹⁾ ⁹⁶²⁾ ⁹⁶³⁾ ⁹⁶⁴⁾ ⁹⁶⁵⁾ ⁹⁶⁶⁾ ⁹⁶⁷⁾ ⁹⁶⁸⁾ ⁹⁶⁹⁾ ⁹⁷⁰⁾ ⁹⁷¹⁾ ⁹⁷²⁾ ⁹⁷³⁾ ⁹⁷⁴⁾ ⁹⁷⁵⁾ ⁹⁷⁶⁾ ⁹⁷⁷⁾ ⁹⁷⁸⁾ ⁹⁷⁹⁾ ⁹⁸⁰⁾ ⁹⁸¹⁾ ⁹⁸²⁾ ⁹⁸³⁾ ⁹⁸⁴⁾ ⁹⁸⁵⁾ ⁹⁸⁶⁾ ⁹⁸⁷⁾ ⁹⁸⁸⁾ ⁹⁸⁹⁾ ⁹⁹⁰⁾ ⁹⁹¹⁾ ⁹⁹²⁾ ⁹⁹³⁾ ⁹⁹⁴⁾ ⁹⁹⁵⁾ ⁹⁹⁶⁾ ⁹⁹⁷⁾ ⁹⁹⁸⁾ ⁹⁹⁹⁾ ¹⁰⁰⁰⁾



ges pascentibus, eas passim incolentibus, Septem vallum nomine designari solent,^{a)} eoque perueni, ubi undecim riuulis ex alto confluentibus amnis existit, qui et hic statim Albis vocatur. Peragraui deinde daemonis pratum^{b)} acclive usque ad daemonis vallem^{c)} et ad pratum album pertinens. Tum vero longissimo ac latissimo monte superato,^{d)} ipsam illud pratum album^{e)} permequi, qui locus Sudetum, longissime patens, gregum pastoribus ingentem praestantissimi foeni copiam largitur. Mons sequitur,^{f)} ob vicinitatem montis gigantei et maioris ac minoris lacus; yisu et memoratu dignissimi, in primis notandus.^{g)} Contigi denique ipsum montem giganteum,^{h)} cacumen illud reliquorum omnium celebratissimum, quod minimum sex stadia montes alios excedit, non terra vel sabulo, sed meris saxis maioribus, minoribusque, quasi humano opere, totum congestum.ⁱ⁾ Quater enim eriduensis molevis libe multa confinia terrena te in Silesie coquuntur partibus.

y) Die Siebenklinder Thäler. ^{z)} Die Teufelswiese. ^{a)} Den Teufelsgrund. ^{b)} Quem vocant: den Ziegenrück. ^{c)} Die weise Wiese. ^{d)} Der Seisenberg. ^{e)} „Lacus giganteo monti bini adiacent. Accolae vocant: den großen und kleinen Teich. Prior occiduus, maximus a meridie moutibus circumdata est altissimus, perpetuis nivibus rigentibus, ex parte septentrionali scalulis minus altis. Aqua ipsa nigricat dira et ferruginea facie, immensae profunditatis ac vadi incomperi. — Alter orientalior et depressior, in quem multae aquae ex montibus decurrentes ingrediuntur, tritis abundant maximis, optimi saporis et probi succi.“ HENEL, Silesiogr. V. 48.

f) Die Riesenkoppe, Schneekoppe. ^{g)} v. HENEL, Silesiogr. II. 16.



partibus escendi, diuersisque diei temporibus, ut ab omni parte perspicere formam eius, structurae ac speciei externae rationem et varietatem, ut ex illa tantae altitudinis regione mirifica quoque viderem solis et lunae orientis spectacula coelique immensum spatium stellis resplendens et ornatum. Inde vero per montium tractum, Schmidebergam i versus protensum, viam perrexi, vallis duabus hic praeter alias exploratis, altera gigantum, altera vulnorum vallis nomine signata.^{h)} Pleraque montium reliquorum cacumina eorumque iuga plus vice simplici ascendere ac superare me oportebat, ut, quinam esset locorum situs, instrumentorum ope rite cognoscerem. Quod ad decursi, huius Alpium Silesiacarum tractus in longum extensi, magnitudinem attinet, eam certe undecim milliaria, latitudinem autem eius maximam septem vel octo continere non dubitatur. Maris vero superficie montem giganteum altorem esse

^{h)} Der Riesen- oder Auegrund, und der Eulengrund. „Oupa, ab Oupani, den Selau hochfallend, ita vocatur. Praecepit ex ipsis montium (ex albo prato) deuoloitur. Per vallem gigantum et angustas subiacentium montium fauces elapsa, Trutenuiam lambit, et sub Iacomirio Albi commiscetur.“ SCHWENCKFELD.

Cum magno hoc atque praecipuo, per Silesiacas Alpes faciendo, itinerare connectere licebat multa alia, quae quidem omnia fusius hic enumerari nequeunt; in quibus Hirschbergae urbem, BAVERI, gymnasii rectoris celeberrimi, anniculam pie colendi, reliquorum etiam mihi carissimorum, et sanguinis et amicitiae vinculo iunctorum, domiciliis, vel Hirschbergae, vel prope eam hinc inde constitutis, gratissimam, excar- florum mearum quasi centri loco habui positam,

esse 4447,2 pedibus Paris. obseruationes indicant barometri auxilio institutae; in unum hoc sane non nullius momenti, ad dam, quod attinet ad Sudetum nomen. In Bohemicorum lingua vocantur: *Kirkonosky Hory*; quod omnino scriptorum veterum appellationi respondet, a quibus et Ceronossi vel Cerconossii, et Riphaei dicuntur.¹⁴⁾

Orologiae et Oryctognosiae cultoribus Sudetes usque subiectae regiones cuncta offerunt, quibus eorum contemplatio et meditatio excitari queat. Montium enim Sudetorum tractum praecipuum ac iugis editissimum eminentem, vetustioribus illis seu primariis, uti vocantur, montibus conformatum, varlis generibus granitis, seu *Saxi simplicis* Wallerii constare videbunt, deorsum quidem et sub radicibus montium, granis maioribus, sursum autem tenuioribus commixti. Secundariorum montium iuga, a parte Iauoriensi eminentioribus illis subiecta, in inferioribus locis Schistum micaceum exhibit, interdum granatis immixtis conspicuum; in altioribus eundem; sed lamelis minoribus et subtilioribus textum; in summis autem saxorum

¹⁴⁾ H. H. Heneliusiusque Scholasten Fabigerum, c. II. 45, 46. TORB.

BERGAMANVS in descript. phys. tell. contendit, Strabonem et Ptole-

maceutum etiam Cerconossorum nomine Sydetes appellare; cuius tamen

nominis vestigium in Strabone nullum adhuc invenire potuisse.

rūm genius, a nobis *Gneus*, ab Anglis, præsertim a metallicis Cornubiam incolentibus, *Growanⁱ*) dictum, Quarzique puri interiectis stratis diffissum. Quam quidem locorum et saxorum naturam ac rationem prope Meffersdorffum non solum, quod Sudetum radicibus adiacet, sed in regionibus aliis quoque inueni, ipsi giganteo monti finitimi, neque aliam, quod profecto memoratu dignissimum censeo, sed plane eandem repetiri conditionem ipsius gigantei montis, Sudetorum eminentissimi, nil, nisi illud *Gneusi*, (vel *Growani*) genus, quarzosis stratis diffissum, explorantium contemplationi offerentis.

Vnde ego quidem colligo, omnem Sudetum iugi partem ab Vlulae monte vsque ad montem giganteum, cumque ipsum, etiamsi omnium reliquorum cacuminum altitudinem superet, secundariorum, qui tardius formarentur, in numero ponere posse, et profecto aquarum vi ortum ac situm debere. Omnia enim ad firmandam hanc meam sententiam congruere eamque ipsa grauitatis specificae lege, quam et hic natura secuta sit, mirifice tueri, probe intellexi. Iuuat hic insuper pauca mone-re de ingentibus saxorum aceruis, disiectarum arcium instar in diuersis locis iugi altioris Sudetum locatis,^{k)} quos omnes reliquiis

ⁱ⁾ RICH. KIRWAN System of Mineral. VII. Ch.

^{k)} Quorum multi, suo quisque nomine, notantur; quales sunt v. c. Rubenzalii suggestus (*Rübenzals Kanzel*), daemonis saxum (*der Teufelsstein*), saxum meridianum (*der Mittagsstein*), saxum puellæ (*der Mädelstein*) etc.



reliquis annumerandos esse arbitror tractus Sudetum olim eminentioris, partim temporis successu, partim aquis alluentibus et inundantibus euersti, cuius etiam sententiae meae defensae argumenta, vbiique inueniri, ipsa reliquorum cacuminum conditione, quae nunc est, edoctus, copiosiori et accuratori Alpium Silesiae descriptione monstrabo, vbi etiam de reliquis montium generibus, vel accumulatis stratis, vel eruptione ignium exortis, differendi discutiendique dabitur occasio.

§. V.

De permultis herbarum ac reliquarum plantarum generibus et de animalibus quibusdam in Alpibus Silesiae repertis.

Botanices amantibus ingentem Sudeti montes copiam plantarum largiuntur. Nam ad eorum radices praeter alias statim inueniuntur v. c. Circaeа alpina, Iris germanica, Aira Alpina atque montana, Imperatoria Ostruthium, melittis melisophyllum, Arabis Alpina, Geranium phaeum, Carduus defloratus et heterophyllus. In altioribus vero etiam Sudetum locis inque editissimis iugis, in eorum conuallibus, ad amnes et riuos vbiique magna germinum multitudo crescit, cui annumerantur v. c. Veronica bellidioides atque prostrata; globularia vulgaris; cortusa matthioli, in vallis umbrosis; Phytemma spicata, in sylvis montanis; Swertia perennis, in recessibus vel foueis niualibus et ad lacum minorem; Gentiana lutea, in giganteo et vulae monte, sed minime frequens, aequa

ac



ac Gentiana punctata in aliis Alpium Silesiae locis; Gentiana
 asclepiadea, verna et amarella; Rumex alpinus; Trifolium
 europaeum; Polygonum viviparum; Stellaria dichotoma; Se-
 dum rubens et semperiuum montanum; Potentilla aurea, in
 giganteo monte et valle gigantum; Caryophyllata alpina mi-
 nor; Aconitum lycoctonum atque Napellus; Anemone ver-
 nalis, alpina (*Teufelsbart*) in monte giganteo, Narcissiflora,
 in recessu niuali maiore; Trollius europaeus; Ranunculus
 aconitifolius; Betonica alopecuros, hinc inde, at non fre-
 quens est in Sudetis montibus; Thymus alpinus; Lepidium
 alpinum, in summis Alpium Siles. iugis saxosis reperitur, se-
 riutus aut citius, pro vario niuium discessu, florescens; Sonchus
 alpinus, ad amnes et riuos Sudetum; Lactuca quercina; Hie-
 racium alpinum, in monte giganteo et ad eius radicem; Caca-
 lia alpina, ad fontes et riuos Sudetum; Arnica montana; cine-
 raria Alpina, in altissimis saltibus montosis; Tussilago alpina
 et alba; Centaurea phrygia, montana, scabiosa, calcitrapa, in
 pratis syluisque montanis; Viola montana, mirabilis, biflora
 et grandiflora, posterior minus frequens; reliquae autem in
 diversis locis, in pratis Alpium Siles. et montibus syluaticis, in
 maiori recessu niuali; Orchis coriophora atque conopsea; Sa-
 tyrium viride et albidum, quae planta posterior inter rarissimas
 ponitur; Polypodium non parum moleitiae per montes itinera fa-
 cientibus exhibentis varia genera: vulgare, Filix masc. et foem.
 fragile, molle, dryopteris; Lycopodium annotinum; Lyco-
 podium



podium alpinum, nunquam extra Alpes Silesiae ibi repertum; Lichenum diuersa genera notatu digna: tartareus, centrifugus, faxatilis, omphalodes, Islandicus, caninus, saccatus, rangiferinus; nec Byssus Iolithus praetermittatur silentio, quem in lapidibus et saxis maioribus euersis, quibus obruti sunt montes nominibus cassidarum, magnae rotae, et gigantei cacuminis insigniti, odorem violae, praesertim post pluuias spargere sensi, vnde illis lapidibus exstitit singulare nomen, *Veilchensteine*,¹⁾ *Velkensteine*. Ex arboribus et fruticibus, quibus ornantur Sudetes, praecipue nominari debent: Fagus syluatica; Pinus sylvestris, cuius singulare quoddam genus in Alpibus Silesiae nasci solet, ab incolis, pumilam eius formam spectantibus, *Knieholz* dictum; Pinus picea, abies; mespilus cotoneaster; vaccinium virginatum, in sylvis alpinis. Quod ad animalia attinet, quae in Sudetum propugnaculis habitare comperi, praeter capreas et capreolos, a rupicaprarum natura et velocitate non admodum declinantes, praeter attagenum genus, ibi occurrent, duo in primis avium minorum genera vitam in editissimis montium Sudetorum iugis degere, et non, nisi hyemalibus procellis ortis, pastorum tuguriis appropinquare vidi, quorum alterum alaudis annumerandum, ab incolis Sudetum *Schneelerche*, *Schneevogel* solet appellari; alterum, quod vocant *den Schwarzwülfing*, inter Rubicillas puto esse ponendum,

§. VI.

1) Inueniuntur etiam in aliis locis, in Saxonia v. c. prope Altenbergam, (auf dem Kahnenberge.)

De incremento studii oeconomiae, fabricarum, rei metallicae et mercatoriae, e Sudetis montibus capiendo.

Qui vero agrestium opera et occupationes spectat, is non solum pagos inueniet Alpibus Silesiacis subiectos, et magnitudine et situ insignes, quorum incolae, et si non omnes quidem, tamen permulti rei rusticae exercendae operam adhibent; sed in ipsis Sudetibus omnem etiam animi intentionem excitari fatebitur hominum vitae genere, quos partim in editissimis montium iugis, partim in remotissimis conuallium secessibus inhabitantes in casis longissime inter se disiunctis, boum et caprarum videbit greges pascere, caseum et butyrum conficeret, hisque solis cum lacte et sero nutritos, hospitalitate, liberalitate et probitate peitoris commendatos, simul probare sentiet, hominis animum integratatis sensu plenum absque omnibus perturbationibus liberum, pauca desiderare, paucis esse contentum, perpaucis veram tueri felicitatem.^{m)} Ipsi ve-

C 3

ro

^{m)} Eadem fere est eorum vite degendae ratio que Heluetiae Alpes incoluntur. Casarum, in quibus habitant, quarum per Sudetum tractus duo millia admodum hinc inde inueniuntur, vna (*die Schlesische, Schreibhauer Baude*) prope montem, quem vocant *des Reifträger*, sita est et quemlibet iter ad niuales recessus instituentem, hospitio nocturno solet excipere. Altera (*Hampels Baude*) non longe a monte giganteo remota est, qua quidem enim enitentibus locus etiam conceditur requieti accommodatus, ubi liber quoque porrigitur deuertentibus, ut nomen inscribant, adiecis, ut plerumque fit, quibusdam versiculis, inaequali bonitate. Plures saepius continuos dies noctesque in eiusmodi tuguriis me oportebat morari, vistu eodem frui, quo hospites fruebantur, et stramentis recubare, quae cum illis communia haberem. Turbulentissimae tempe-



ro montium altissimorum tractus nulla sane opera souent, quae vel fabricarum et manufacturarum variis generibus, vel mercaturae, vel metallica rei exercendae inferuiunt, etiam si passim quosdam, artis profecto non imperitos, periculum fecisse inuenierim, quorum labores etsi nondum illos protulerint fructus, quos sperarent, eorum tamen commemoratio ad augendam interioris Sudetum conditionis notitiam non parum facere videtur. Montes autem vallesque adiacentes omnes illas etiam oeconomiae publicae partes respicientibus animaduertendi occasionem dare non desinunt. Id quod testantur, ut de aliis taceam, stanni et cadmiae fodinae Giehrenses ac Querbachienenses, officina chalcanthi et sulphuris, et vitriaria vici Schreiberhauenensis, aerifodinae prope Rudolstadium institutae, latomiae multae, e quibus vel marmora exciduntur, vel Spati scintillantis genera,^{a)} murrhinariae officinae necessaria. Id quod multorum testantur pagorum incolae, vel opera ferraria ferramentariamque exercentes,^{b)} vel medicamentorum conficientes varia genera,^{c)} vel alia fabricarum opera tractantes. Nec, cum manufacturarum in uniuersum mentionem fecerim, linterias et picturae linteriae officinas, innumeros denique linteis ad solem explicandis campos, praeterire possum.

§. VII.

tempestatis molestias saepius cum iis ferre coactus, eos tamen semper hilari fronte mecum agentes respiciens, saepe numero sensi hanc quaestione intimo meo sensu commoueri: num et tibi unquam ista hilaritas animi, nulla sollicitudine, nullo angore contristata, continget, ad humana rerum fluctus mox reuersus?

n) Feldspath.

o) v. c. pagus, Steinseisen.

p) vicus, Krumhübel.

§. VII.

*De cunctorum, quae natura oculis ac contemplationi offert, de insigni
Pauinis, quae in Sudetibus obseruari possunt, ampli-
tudine et præstantia.*

Quod reliquum est, regionum etiam prospectuumque, quorum amoenitatem et pulchritudinem non minus, quam horrendam formidolosamque speciem, montes Sudeti vbique perficiunt et augent, quin iam commemorem, mihi temperare non possum. Conspiciat aliquis ex editissimo illo cacumine montis gigantei admirabile solis orientis spectaculum, innumeros vbique vertices summosque tractus primum redeunte luce collustratos, et profundissimas deinde valles, noctis quasi velamine sensim nudatas; contueatur ingentem regionum ambitum, triginta amplius milliariorum diametro patentem, urbium, vicorum, agrorum, fluminum multitudinem in eo quasi depictam,²⁾ videat omnes anni vicissitudines saepius uno eodemque loco coniunctas, foeno hic iam demessio atque ablato, illic nondum secto, gramine in hac parte adhuc florescente, in altera e niuibus eminente easque floribus, quasi phrygionio opere, exornante; audiat tonitruum per montes volutatorum crescentes tumultus, oculis in parturientes nubes sub pedibus cum stupore desfixis; audiat horrendum fragorem, multis milibus arborum saeuiente procella subito fractis; strepitus audiat terri-

2) Reperies etiam alias rupes, quanquam non eiusmodi altitudinis, quae tamen non minorem aperiant prospectum varietatem et pulchritudinem; illam v. c. in qua ruinae arcis SCHAFGOTSCIANAE (*das Schloß Kynast*) conspicuntur; illam quoque, vbi inuenies facellum, St. Mariae Annae scratum; alias denique, quibus omnibus nominandis locus dabitur in peculiari itineris mei edenda descriptione.



terrificos, niibus in immensos aggeratis aceruos, cum maximo impetu ex fumino deiectis, omnia quae iis obstant, euentribus opprimentibusque ruina; ¹⁾) conspiciat, inquam, et audiat illa ceteraque omnia, et fatebitur, fontium, qui montanis illis regionibus contineantur, et doctrinae eruditionique in dies augendae, et voluptati, admirationi laetitiaeque commouendae inservientium, ²⁾) abundantiam sane esse incredibilem et inexhaustam.


§. VIII.

En igitur materiam dicendi vberrimam, multiplicem atque diuersam, alio tempore alioque libello amplius ac fusi elaborandam. Restat, ut id quoque agam, cuius causa dissertationi scribendae operam praesertim nunc dare debuerim; nimur ut omnes rogem VIROS DOCTISSIMOS, qui sibi summos in PHILOSOPHIA et POESI HONORES tribui cupiant, ut ante diem XXX Aprilis, conferendae vtriusque laureae solemnibus destinatum, nomina sua apud me profiteantur mihi que eruditio specimina exhibeant, quorum mentionem etiam in ipsorum vitae enarratione faciam, annexa aliij libello, suo tempore prodituro. P. P. Festo die Epiphaniorum CICLO CCLXXXIX.

¹⁾ Eadem est acerorum istorum niuis conglobatae natura et ratio, quae eorum, qui in Alpibus Helvetiacis magnam saepenumero efficiunt vastitatem, qui illuc quidem Lauwinen, (Avalanges), hic vero a Silesiacis Schnellehnen vocantur. Ingentes et rupium auilarum et sylvarum euilarum clades hinc inde animaduertit; Lindnerus autem eiusmodi acerui incidentis lapsum commemorat, quo minoris lacus prope montem giganteum, glacialis crusta, crassitudine duorum cubitorum et dimidi firmata, vi ineffabiliter diffingatur.

²⁾ Ne verb in suspicionem veniam, me sequi morem eorum, qui, vix e prouinciis inferioribus Galliae reduces, nihil magni aestimant, nisi quod gallico quodam nomine sit notatum; ingenue liceat profiteri, non minori tamen et si alio plane gaudio pectus perfulum sensisse me redeuntem et rursus conspicientem Mithicos montes. Hi enim, si par est, eiusmodi vi exemplo, tanquam Terentiana adolescentula, modesto et venusto vultu arridere milii videbantur, Silesiacarum vero Alpium tractus, sicuti matrona aetate dignitateque gravis, seueriore fronte potius me venerabundum iubebant contemplationi vacare.

M.C.



AN. 233. 30

DE ITINERE
PER MONTES SVDETOS FACTO
QVAEADAM PRAEFATVS
SVMMOS
IN PHILOSOPHIA ET ARTE POETICA
HONORES

A. D. XXX APRILIS CIOICCLXXXIX

TRIBVENDOS

INDICIT

CHRISTIANVS GODOFR. ASSMANN

PHIL. DOCTOR, IVR. VTR. BACCAL. OECON. ET DISCIPLINAR.
CAMERAL, PROF. PVBL. ORD. IN ACAD. VITEBERG. POETA
LAVR. CAES. SOC. OEC. LIPS. SODAL. HONOR.
ORD. PHIL. H. T. DECANVS ET COMES
PALAT. CAES.

VITEBERGAE

LITERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRIL

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

